

Der liber constructionis monasterii ad s. Blasium,

81

delectamenta cum omnibus oblectationibus suis et cunctis corporeis voluptatibus relinquentes penitus se saeculo abdicarunt, ut soluti ab omnibus saeculi vanitatibus liberius militare possent aeterno regi Christo. Sic itaque dedere sigillatim tuguriis, cavernis et speluncis montium, sive convallium, ut secreta habitatione securius servire possent deo¹. Unde ipsis bene aptari potest illud Pauli*: „circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.“ In solitudinibus errantes et montibus et speluncis et in cavernis terrae; et bene omnes testimonio fidei probati inventi sunt in Christo Jesu, domino nostro, scientes, quod secreta et solivaga mansio deo placita sit, eo quod mundam puritatem conferre [fol. 1^b] consecuit. Unde quidam sapiens: „plus valet oratio silvestris, quam oratio popularis.“ Et illud perpendi potest in Helia, Joanne Baptista, in Paulo, Antonio et caeteris sanctis patribus. Unde Christus in canticis** : „ducam te in solitudinem, et loquar ibi ad cor tuum.“ Et psalmista eodem desiderio accensus; ut a saeculi occupationibus alienatus et impeditus securius deo servire possit, ait***: „elongavi fugiens, et mansi in solitudine,“ commendans singularitatem et tranquillitatem, speciale munus in vita homini concessum; cum libet a tumultu et superfluitate humana quietam sinat hominis habitationem. ut limpidius² intelligere possit voluntatem dei. Unde idem †: „audiam, quid loquatur in me dominus deus.“

3. (3) †† Unde Christus invitat volentes sibi adhaerere ad loca specialiter secreta, ubi contemplationi liberius possint vacare dicens †††: „venite filii, audite me, timorem domini docebo vos,“ ubi specialis et singularis amor considerari potest. Sic ergo perpendi potest, quod prompti et constantes in obedientia sint veri filii ecclesiae; hi enim velociore aquilis, fortiores leonibus, cursu cervino se ferunt super montes aromatum, ut ibi a deo pascantur, et reficiantur delectabilibus herbis et odoriferis radicibus, omnibus refertos³ salutibus

feris, scilicet doctrina et verbo dei, quod est ipse Christus. Unde Joannes*: „in principio erat verbum,“ quo verbo, scilicet Christo, habere solent bonum angelicum, quo nihil dulcius¹ delectabilisque haberi potest in solitudine.

4. (4)** Sic sic florent solitudines et fructificant vasta² heremi loda. Montes virent, convalles floribus micant, arva decorata floribus, omnibus coloribus, grata visu homini iocunda apparent, reddentes dulcem ac mellifluum sonum tempore tali, quo amicissimi Christi ac charitate divina diffusi supervenere loco habitationis nostro, cupientes evadere peccatricem³ mundum cum immunda vita ipsius. Unde austeritate vitae ac castigatione mortifera efferam voluntatem naturae domarent [fol. 2^a], ieiunio nimis corpore⁴, omnibus escis cum potu parsimonice utendo, vitam angelicam imitabantur, omni humano solatio destituti. Elongati enim ab hominum habitatione, nullis uti poterant hominum consolationibus.

5. (5)*** Horrida enim patiebantur a magnis nivium glebis, et a magnis imbrium turbinibus, nec non violentia ventorum, sive grandinum et pruinarum, quibus solitudines plus aliis terris habundare solent, praecipue in hemisphaerio⁵ nostro. Sciendum etiam, quod maximo gelu, sive aestu⁶, lassitudine cogente artari poterant, cum vagabundi circumquaque necessaria sibi comportare cogebantur, stipem comportando.

6. (6) † Valde enim tenendum est, licite credi potest, quod interdum senio vel debilitate, sive lassitudine nimia humana, valetudine deficiente, defecerint in solitudine. Quia ergo necessaria sibi comportare nullo modo poterant, coacti interdum, quia sumptus naturalis habere nequiverant (7)⁷ ††, quod folijs arborum, sive herbarum radicibus esu vivere cogebantur, hyemis tempore scilicet folijs veprium et grossis⁸ arborum. Mel enim silvestre habere non poterant, nisi valde raro in aliqua cavitare arboris invenissent, mel ab apibus

¹ dulcis, Hf. ² vastae, Hf. ³ nach teutschem Geschlecht die Welt, statt peccatorem. ⁴ corpori, Hf. ⁵ emisperio, Hf. ⁶ astu, Hf. ⁷ Nach Willberg oder Herrgott beginnt hier das 7. Capitel. ⁸ bedeutet hier allgemein Beeren von Geiräucher, groseilles.

* Joh. I. 1. ** Auf dem Rande: Eadem causa instauratur et concluditur, ut scilicet mundo sese eriperent, et deo salutique animarum liberius vacarent. Nec verbo mentionem facit de persecutione Christianorum auctor noster. *** Auf dem Rande: Horridus locus, quo consederunt. † Auf dem Rande: Conjectura auctoris, quomodo primi eremitae ad Alham victum compararint. †† Randnote: Mera conjectura auctoris, nec satis probabilis, si terrae sterilitatem etiam hodiernam ponderare velis.

